

# Documento della cessione di *Modrino* al monastero di *Santa Giulia*



A.º 760, addi 4 Ottobre

[...]que est prope fluvio **MELLA** loco qui dicitur **RUNCA** quod est **RUNCO** **NOVO** et de silva que secum ipsa terra insimul tenet cedimus ibi iuies alias quinquaginta ac damus ibi **GISOLUM** et **RADOLUM** de **CUNTINGLACA** qui porcos ipsius monasterii pascere debeant cum rebus et familiis suis et cedimus ibi **DEOSDEDULUM** de **LETRINO** qui sit *pecorarius* et donamus in ibi **ANSTEUM** de **QUINTIANO** qui vaccas ipsius monasterii pascat cum casa et familia sua.

**ADFERIMUS** etenim in prefato dei templo casas octo positas in ipso **BRIXIANO** territorio casale quod dicitur **ER-MENFRIT** regentes ipsas casas pro liberis hominibus cum familiis servis pro servis liberos pro liberis cum omnia et in omnibus sicut ad curtem nostram fuissent possesse in integrum atque eciam et terra sine *massarios* cum silva in finibus **SERMIONENSI** loco qui dicitur **GUSSUNAGUS** iuies numero centum quinquaginta.

**HEC** omnia superius comprehensa mobilia et immobilia sese que moventia omnia et in omnibus tam quod per precepta ibi contulimus seu et undecumque ibi aut per comparacionem donationem aut commutationem vel per collibet ingenium ibi adquirere potuimus aut in antea deo propicio legibus adquirere aut agregare potuerimus per hoc nostrum roboratissimum preceptum in iam fato sancto monasterio omni in tempore inconcusse possedendum firmamus.